

## EKSAMEN I LAT2408 Romersk fiksjonsprosa VÅR 2014

Oppgaven består av 2 sider.

Tirsdag 3. juni (4 timer)      **Ingen hjelpemidler**

Alle spørsmål skal besvares

### Oppgave 1

Oversett fra Apuleius' *Amor & Psyche* V.24:

at Psyche statim resurgentis eius crure dextero manibus ambabus adrepto sublimis euectionis appendix miseranda et per nubilas plagas penduli comitatus extrema consequia tandem fessa delabitur solo. nec deus amator humi iacentem deserens inuolauit proximam cupressum deque eius alto cacumine sic eam grauiter commotus adfatur: 'ego quidem, simplicissima Psyche, parentis meae Veneris praeceptorum immemor, quae te miseri extremique hominis deuinctam cupidine infimo matrimonio addici iusserat, ipse potius amator aduolauit tibi. sed hoc feci leuiter, scio, et praeclarus ille sagittarius ipse me telo meo percussi teque coniugem meam feci, ut bestia scilicet tibi uiderer et ferro caput excideres meum quod istos amatores tuos oculos gerit. haec tibi identidem semper cauenda censebam, haec beniuole remonebam. sed illae quidem consiliatrices egregiae tuae tam perniciosi magisterii dabunt actutum mihi poenas, te uero tantum fuga mea puniuero.'



KANDIDATEN BES SKRIVE TYDELIG MED PENN

## Oppgave 2

Oversett fra Petronius' *Cena Trimalchionis* 57:

ceterum Ascyrtos, intemperantis licentiae, cum omnia sublatis manibus eluderet et usque ad lacrimas rideret, unus ex conlibertis Trimalchionis excanduit – is ipse qui supra me discumbebat – et: 'quid rides' inquit 'vervex? an tibi non placent lautitiae domini mei? tu enim beatior es et convivare melius soles. ita tutelam huius loci habeam propitiam, ut ego si secundum illum discumberem, iam illi balatum clusissem. bellum pomum, qui rideatur alios; larifuga nescio quis, nocturnus, qui non valet lotium suum. ad summam, si circumminxero illum, nesciet qua fugiat. non mehercules soleo cito fervere, sed in molli carne vermes nascuntur. Ridet. quid habet quod rideat? numquid pater fetum emit lamna? eques Romanus es: et ego regis filius. "quare ergo servivisti?" quia ipse me dedi in servitutem et malui civis Romanus esse quam tributarius. Et nunc spero me sic vivere, ut nemini iocus sim.'

## Oppgave 3

- a. Både *Amor & Psyche* og *Cena Trimalchionis* er deler av større verk. Hvilke?
- b. Diskutér hvilken sjanger / hvilke sjangrer disse verkene kan sies å tilhøre; hvilke sjangrer/forfattere ser ut til å ha påvirket Apuleius og Petronius?